

EPITOME

ROMANORVM PONTIFI-
cum, à sanctissimo Petro,
vsque ad Paulum eius
nominis Tertium,
PER GEORG. VICELIVM.

APOSTOLVS PAVLVS AD
Titum capite primo:

Huius rei gratia reliquie in Creta,
vt quæ defunt, corrigas, & con-
stituas oppidatim pre-
sbyteros &c.

Coloniæ ex officina Ioannis Quentel, An-
no M. D. XLIX.
Cum gratia & priuilegio Imperiali.

INTEGER RIMO VIRO IOAN- NI LANDAVO MYROPOLAE, FRATRVELI CHARISSIMO

S V O S . P . D .



Aec ego nu-
per ex Bapti-
stæ Platinæ
hierographia
quum à bello
Imperatorio
non nihil ocij
esset, conno-
taui, idque vt
memoræ im-
becillitati consularem, non vt ederem vn-
quam. Verum quum animo reuoluisssem,
editiuncula libelli qualiscunq; catholicis
in Christo fratribus gratificari me posse,
passus sum Comméntariolum hunc, Catalo-
gi vice prouulgari, maximè, vt testimoniu-
m etiam, quod liberæ volitati debeo, de
Episcopis Ecclesiæ Latina passim extaret.
Bapt. Platinam ab omni parte quidem se-
catus sum, sed prorsus Laconicè, verbisq;
A 2 alijs

alijs, & indiligētiū quām debui: vt vel inde apparet, istuc mihi priuatim enotatum fuisse. Iā huic Pontificū R.o. maiori classi, si q̄s Hierosolymitanos, si q̄s Antiochenos, si quis Alexandrinos atq; Constantinopolitanos Episcopos, Patriarchas, presbyteros & diaconos addat: quāta, obsecro, & quām modis omnibus augusta ac veneranda erit panegyris grauissimorum virorum? Nempe per quos spiritus domini, bene fundam ab Apostolis Ecclesiam catholicā mirabiliter extruxit. Horum equidem multa milia toto terrarum orbe extiterūt, quos Orthodoxi tanquam patres, non preceptores tātū, merito suo honoramus, vniūc dolentes, apostolicos viros, Christi Iesu ministros, Theologos sanctissimos atque eosdem eruditissimos scriptores, haud aliter despici, ac si fuissent abiectissimi calones & lixe. Qui digni nunquam facti sunt, vt his Pontificibus corrigiam calceamēti soluant, sic se tamen audent gerere publicitus, vt stolida hodie plebs deieret, talib⁹ apostolis & euangelistis scilicet, nunc primum, in Germania religionem Christianam plantari. Sed hoc loco sc̄tas infectari

ri nolim, vt pote quarum iudicium appropinquat. Te fidelissime Ioannes adhortor, ne in certamine catholicismi lassescas, qui haec tenus acerrim⁹ perstisti miles, homo Dei existens, literisq; sacris in tantum eruditus, vt mederi etiam animē proximi tui queas, non solum medicari corpus. At folius relictus Illebi⁹ sum, inquis, & aduersarij multi. Imò Dñs cæli tecum est, cumquę eo non tantū septem illa electorum milia Heliæ téporibus, sed etiam centū qua-
draginta millia signatorum illorū, de qui-
bus Apocalypsis apostolica adeo q̄vniuer-
fa communio sanctorum cum Christo in
paradiso triumphatiū, cuius cōmunio-
nis tu consors es, & in illo mystico corpo
remembrum non exiguum, præterquām
q̄ fraternitatem in terris multō copiosissi-
mam, Christoq; Deo deuotissimam habes.
Ne respice in patriam Buchoniā, alioqui
cum aratore respectante præuaricaberis.
Fateor, sed cum dolore, familia nostra Lan-
dauica, chrestologijs prædictoru inescata,
maluit ab Ecclesiastica disciplina, ad li-
centiam schismaticā discedere, quām no-
biscum vnanimiter durare, & odijs impla-

3. Reg. 19.
Rom. 9.
Apo. 14.

cabilibus conuicijs, vituperijs, periculisq; obijciunt non cuiusuis est, perpeti contem-
ptum illum publicum. Tu autem aui-
strī fidem, ac auiā pietatem referre mauis,
quā esse degener. Quoties recordor, quām
religiosa fuerit auaia, toties recreor. Dixeris
alteram Annam Phanuelis. Huius vestigia
filia Agnes Landaua, qua matre in mūdum
prodij, pulchrē secuta, quid non bonae rei,
cūm in terris ageret, est executa? Parentum
ego honestatem mūdanam in præsens non
prædicto, sed religionem Ecclesiasticā ex-
tollo, qua illi ad ultimam vitæ metam vñq;
conspicui, Christum redemptorem in Ec-
clesia vnitate coluerunt. Ut illorum autem
honestatem, & in rebus agendis prudenti-
am atq; dexteritatem nos imitari decet, ita
cum primis pietatem Christianam expro-
mire conuenit, tanquam cum illis in futu-
ro etiam seculo victuros. Coglutinavit nos
cum illis generatio, & eosdem cum eisdem
associavit regeneratio, quo minus ab illis
vñquam diuellemur. Erimus autem diuulsi,
simul atq; eam Ecclesiam deseruerimus, in
qua illi Deo creatori suo, in simplicitate
cordis, & fide nō ficta continuò seruerūt.

Iam

Iam verò papas ad te omnes mitto, vt omnes
videas, sed non ex æquo omnes audias. Cer-
tè maior horum pars probata subsistit, con-
tra quos portæ omnium sectarum nō præ-
ualeant. Præstare ego non possum, q; aliqui
carnaliores quām spiritualiores vñs fuerunt.
Dei est iudicium, tam de illis, quām de no-
nis superattendentibus, in quibus seculari-
tas abundanter inhabitat, quīve pro modu-
lo suo antichristos suos propemodū equat.
Nosce teipsum, inquit ille. Si omnes omnia
possunt, fac in vobis id comperiamus. Illos
vt non excuso, ita nō decere arbitror, illos
ab his accusari debere, qui ipsi excusatione
indigeant. Talia missa faciam. Dominus Ie-
sus te constantem reddere dignetur, vt in-
fracto peccatore pergas esse Christianus ca-
tholicus, & permanere in his, quæ semel am-
plexus es. Amen. Salutem dices amicis An-

dreas bis crucifixi, præfertim Vol-
phio Hedioni, Galeno nostro.

Vale in Christo Iesudo-
mino nostro.

Georgius Vuit.
A 4 PE

DE hoc pastore orbis terrarū, nemo verius scripsit Luca, Clemēte, Egesippō, & Caio historiographo. Hi em̄ scriptrōes tres ceu paralipomenum, hoc est, quod S. Lucas tacitū reliquit de B. Petro, posteritatis memorie mādārunt. Hic Clemēs, Egesippus & Cai⁹ vanitatis condēnat Marsiliū Patauiinū, qui cū primis apostolū hūc Romae fuisse negat. Marſiliū verò huī sectatores Luteristæ, testimonij evidentiib⁹ pudefacti, ea super re conticescunt.

Linus.

Apostolicus omnino vir, tépore Vespasian⁹ Cæſaris Ro. beati Petri res gestas descripsisse credit̄, maximè digladiationē ei⁹ cū Simone dānatis. homiūcione. Hic Pōtifex Roman⁹, spiritu sancto imbut⁹, ac vite sanctimonia cōspicuus, miracula edidit, liberando demoniacos, ac viuificando mortuos &c. martyr tandem factus Saturnino consule. Ceterum de horum Pontificum sanctissimorū serie non vñq; adeo laboro. Nec magni refert, Linus ne Clementem præcefserit, an verò Clemens Linum. Vide Irenēum & Augustinum.

3

Cletus Ro.

Spiritu

Spiritu, doctrinaque eximius, temporib⁹ Vespasiani & Titi imperatorū. Quò tempore floruit S. Lucas Euangelista, 83. anno rum. Vixit Cletus verè sanctissimus, & verus ædificator Ecclesiæ Christi Iesu supra firmam petram, vñq; ad Domitianī tyrānidem, cuius mandato Martyrio coronatus est, cū præfuisse 12. annis.

Clemens I. Romanus.

4

Sub Domitiano, q. in affligēdis Christia nis fratrib⁹ nostris Neroni fuit secūd⁹. Erat autē Clemens longè doctissimus, id quod, quæ reliquit, præclara monumenta testan- tur. Iam sanctissimū fuisse declarant, quæ edidit virtute Dei, signa, præsertim in exilio. Quia verò Religionem nostram plurimū adauxit prædicando atq; operando, incitauit Traianum Satanas, vt ad ancoram alligatus Clemēs, in mare proiçceretur, tan quam maleficus. Recte constituerat vir maximus, vt per regiones passim existeret Notarii, qui conscriberent gesta Martyrum, quorum istis seculis prouentus vberrimus extitit. Nouē annis præfuit, neq; em̄ numerō mensis, dies, horas.

Anacletus, Atheniensis.

A 5 Ponti-

3

Pontifex spiritu ac gratia Dei p̄fulgens, Ecclesiam tot additis animabus locupletavit. Martyrio decoratus imperante Traiano, quo tēpore Crucem quoq; suam pertulit sanctissimus Episcopus Ignatius, necnō S. Simon cōsobrinus dñi Iesu, qui Hierosolymis Ecclesię p̄fuerat.

6 Euaristus, Bethlehemites.

Temporibus persecutionum, quas apologeticis suis mitigare conati sunt Quadratus & Aristides ē nostri Christiani eruditissimi. Quibus temporib⁹ & Papias auditor Ioānis vixit. Hos viros Apostolicos nemo satis vñquam laudauerit.

7 Alexander I. Romanus.

Imperante Hadriano Cæsare, paululum erga nos̄tros placato, adeoq; benefico, sed Iudeis iniustissimo. Quo aucto Cochabas pseudochristus in Palæstina insaniit. Hic Alexander religionem nostrā p̄dadicando atq; baptizādo in primis iuuit, Rituū & cæ remoniarū quoq; nōnullarū author. Nominis Ch̄riani gratia, p̄side Aureliano, supplicia grauissima passus, ad mortem vsq;.

8 Sixtus, alij Xystus, Rom.

Apostolicus Pontifex, sermone opereq; potens,

potēs, quīve Ecclesię Christi Iesu p̄ijs quibusdam statutis ornauit. Idem instituit in Ecclesia canendum Trisagion. Pastor erat pro ouibus aliarum quoq; nationum sollicitus. Ob fidem Christianam, & Ch̄riana merita perdidit animam, sed vt eam in cælis honoratissimam reperiret.

Telesphorus, Græcus.

9

Regnante Imp. Antonino Pio. Floruit eodem tempore Iustinus philosoph⁹ Christian⁹, mox idem Martyr. Porro Telesphorus Papa religiosissimus decorandi Christianism⁹ gratia, obsequia diuina diligenter exauxit, institutor aut certè restitutor leuijij Quadragesimalis, & triplicis in Natali dominico Liturgiæ: inq; eadem doxologiz concinendæ author. Testis is Christi Iesu est, tam ore, quam cruento.

Higinus, Atheniensis.

10

Officia boni pastoris, Ecclesiastici piscatoris, Ch̄riani venatoris ac in messe operarij fecit hic quoq; pontifex à Petro decimus. Hoc pastore floruit Polycarp⁹ & Melito præsules Aficæ, sanctiores ne, an doctores, dubitare, quam affluerare tutiū duco, morte non incruenta obiit.

Pius

II

Pius I. Italus.

Sub Antonino Vero. Multa hic verè pius Pius, ad ornamentum Ecclesiastice Religionis constituit, præsertim decorandis sacramentis Baptismati & Eucharistia. Eodem anno vixit S. Hermes, qui scripsisse dicitur Angelicum Pastorē. Item scriptores Theologici Apollinarius, Philippus Epis. Creten sis & Musanus, aduersus varias hæreses &c.

12

Anicetus, Syrus.

Præfuit & is optimè. Quæ constituerit, suo dicatur loco. Pro Christo sanguinem fudit. Huius tempestate vixit ac scripsit Egesippus, Religionis nostræ buccinator magnificus, qui idem contra idololatras librum composuisse dicitur.

13

Soter, Campanus.

Christo saluatori Soter hic in armis spiritualibus militauit, sub incommodo Commodo, illud vnum agens, vt animas Christo Iesu despontatas, eidem sponso saluandas adduceret doctrina verbi, & exemplo vitae. Hoc institutore, vtimur solenni copulatione desponsatorum, quæ fit benedicte presbytero. Qua ætate viguerunt scriptores Theologici, Dionysius Corinthiorum

rum Episcop⁹, & Clemens Alexandrinus, preceptor Origenis &c.

Eleutherius, Græcus.

Bonus paterfamilias, de thesauro suo noua cum veteribus proferens, effecit, vt magna pars Britannie ad Religionem Christi Catholicam accederet. Quibus temporibus persecutio paulisper conquieuit. Multū Theologię scriptores sub hoc Pontifice contra hæreses dimicarunt.

Victor I. Apher.

Sub Imp. Aelio Pertinace, Ecclesiæ curā gesitus à seculo diuinus. In his Papis abundat spiritus, sed in posterioribus maleficiūda caro. Victor hic celebris factus est Paschali disputatio, qua de re Theophilus Palestinius. Huius tempore scripsit Theologice Sextus & Iudas Chronographus. Scripsit Victor etiam, quæ ad rem Christianā pertinent.

Zephyrinus, alias Seuerinus, Rom.

Pontifex rei diuinę magis, quam humana int̄etus, inquit Platina. Sanxit hic quoque Canones aliquos, authoritate videlicet sedis Rom. præsertim de participacione Laicorum annua, circa festum pascha-

tos.

tos. Floruerūt Zephyrino papatum gerēte
Theologi scriptores, Heraclius enarrator
Apostoli Pauli, & Candidus qui Hexaeme-
ron edidit, quemadmodū & Appion sub
Eleutherio, itē Origenes, cuius pater Leo-
nides sub Seucō Pertinace Imp. propter
Euāgeliū detrūcatus est. Circa idē tēpus vi-
xit Tertullianus, Theologus acerrimus.

17 Calistus I. Romanus.

Feruēt rursum persecutione. Porro Ec-
clesiæ perutilem, Ieiunationem anni qua-
druplicem, quam hic Calistus instituit, nō
possum non probare.

18 Urbanus I. Romanus.

Imp. Aurelio Antonino seu Heliogaba-
lo, inter multos illaudatissimo, Papa sancti-
tate vitæ & doctrina singulari multos vnde
quaq; mortales ad Euāgeliū efficaciter
trahens, tandem Martyrij coronam acce-
pit. Vixerunt tum Julius Aphricanus Chro-
nograph⁹, Tryphon acroates Origenis, &
Minuti⁹ Felix Ro. causidicus. Eodē tēpore
instruxit nobilissimam Bibliothecam Hie-
rosolymis Alexāder ibidem Episcopus.

19 Pontianus, Romanus.

Tempore Alexādri Imperatoris Mam-
mea

meæ filij, Anno dñicæ incarnationis 245.
Operarius ministerq; Christi, ac dispen-
tator mysteriorum Dei, exilium ac supplici-
um pro Euāgeliō proq; Ecclesiæ paſſus in
Sardinia, domino spiritum suū cōmendat
atq; exhalat. Quo tempore Origenes rem
Christianam feliciter prouochit, prædicās,
scribēs, disputans, hereticos cōuertēs &c.
Mammæ Auguste ob ingenij laudem per-
charus: Imò Christianæ etiā fidei, cui tām
filius Alexander, quām Mammæa mater ex
intimo fauit, primus em Alexander ex Im-
peratorib. Ro. virtutem Christi Iesu admī-
ratus, bene sentire de Christianis ceepit.

Antherus, Græcus.

Vir Dei, si quis alias, sub tyrannide Ma-
ximiñi Imperatoris Rom. Hic pontifex cu-
rauit, vt res gestæ sanctorum Martyrū à No-
tarib; in hoc delectis, accuratè describeren-
tur, & descriptæ asservarētur in æario Ec-
clesiæ. Certè tali fonte sacrarum historiarū
ac similibus hausta ferē sunt, quæ hodie de
sanctis gesta nouimus. Decretum huius su-
per Episcopa, vtinam tam esset gratiū pasto-
ribus Papis, quām est vtile Christianis ple-
bibus. Hodie nihil aliud desideramus in
Episco

Episcopis, quām quod Episcopām quisq; suam non eo animi ardore paſcit ac regit, quo debet. Sed cœcumēnica catorthofī oī ſuum in ordinem redigentur. Decorat autem hic Antherus Ecclesiam ſuo ſanguine, quam verbo pauit.

21 Fabianus, Rom.

Imperante Philippo, Cœſare Christianiſmo cū primis addicto. Sed Decio pōſt ſuente in fratres, Martyr Fabianus effe-ctus eſt. Viuens ipſe quoq; vigilauit, vt cō-ſcriberentur Martyrologia, Martyribusq; comiteria parentur. Ritum ſacri Chri-ſmatiſ à S. Fabiano in vſum ſacramentorū institutum eſſe, conſtanter affirmant. Sub hoc laborauit adhuc Origenes in vinea do-minii, Theologie, pfeſſor ſimul ac ſcriptor: item Heraclas Alexandrinus &c.

22 Cornelius, Rom.

Sub perſecutore Decio, quem ſeptimū hoſtem Christi & Eccleſiæ numerant. O Euangeliō dignum Pontificem, ó ſpiritu Christi in hoc Pontifice magnum. Ad hīc deęq; hoc multa S. Cyprianus exarauit, quo tépore ſcripsit & Dionyſius Epif. Alexan-drinus, Origenis olim auditor. Ceterim homo

homo Dei Cornelius licet in exiliū deportatus, regno tamen Christi minimè defuit. Tandem opt. miles Christi Iesu, & bonis meritis plenus, non ſine aſſertione verita-tis, Decij mucroni ceruicē, tanquam ouis manſueta, præbuit. Tale ſupplicium pati maluit, quām adorare Martem.

Lucius, Romanus.

23 Fidelis ſeruus in domo Dei, ſub infecta-tore Christiani nominis Gallo & Volufia-no, quando & S. Cyprianus veftern ſuam in ſanguine agniliavit. Luci⁹ Pontifex Ro-ouis occidionis, Eccleſiam locupletauit, pa-radifum repleuit.

Stephanus, Romanus.

24 Egregia opt. Pontificum exempla no-bis Eccleſia proponit, quoties vel nomi-nantur tantum Epifcopi vrbis Romane ta-les. Furente Gallieno, fit vi&tima Stephan⁹, accepta corona iuſtitiae. Quibus tempori-bus floruit ſcriptor Theologicus Malchi-on Antiochenæ Eccleſiæ presbyter, qſcri-pſit contra ſectas.

Sixtus II. Græcus.

Ex Philoſopho Pontifex, è terreno cæ-lestis economus, Christiani gregis exem-B plar.

plar. Absumpſit hunc quoq; vnā cum tot
Martyrum Chiliadibus Deciana atq; Vale
riana perfecutio. Huic sancto Episcopo
sanctus diaconus Laurentius inseparabili-
ter adhæſit vsque ad ultima vitæ supplicia.
Alter gladio, alter igne terris eximitur.

26

Dionyſius.

Amplificator Ecclesiæ Catholice, sicut
plerique alij huius Ro. Sedis Episcopi. Nec
eadem Ecclesiæ interim defuit sedes Hiero-
solymitana, Antiochenæ & Alexandrina,
tot vbiq; sub ortis hæresibus. Scriptit circa
hæc tempora Gregorius Cæſariensis Epi-
scopus, virtute sanctissimus, ac clarissimus
eruditio[n]e.

27

Felix I. Romanus.

Seuiente in Fratres Imp. Aureliano, quo
homicida Felix felicissimè ad Christū trāſ-
iijt, hoc est, à morte ad vitā. Non impie cō-
mendauit perpetua Ecclesiasticorum me-
moriae sanctos Christi Martyres, quorum
indè Ecclesiæ Cathol. tam nomina, quam
facta publicitus decatā, cum magno Chri-
ftianorum fructu. Hæresis ista tēpestate va-
rias nominare dedignor, grassabatur eodē
tēpore Satan aduerſus Ecclesiæ & ferro ty-
rannidis

rānidis, & stylo hæreſeos. Victrix ea tñ cōſti-
tit, quod sit iniūcta. Floruit eadem tempe-
state Anatolius Laodicenus scriptor, & exi-
mius Theologus.

Eutychianus, Tuscus.

28

Pontifex tot modis cōmendatus Eccle-
siæ, nō Martyrio tantum, sub Imp. Aurelia-
no. Vixit eodem tempore Dorotheus Eu-
nuchus, Hebraicè Græcè, doctissim⁹. Per
eiusmodi tractatores Theologie dedit do-
minus salutem multis populis.

Caius, Dalmata.

29

Præpositus domus domini probatissi-
mus, tyrannidē in Ecclesiā nostrā exercen-
te Diocletiano Imp. cuius ætate panegyris
Martyrū in immēsum aucta est. ijsdē fermè
téporib⁹ coronatæ fuerūt sanctissimæ Vir-
gunculæ Agnes & Agatha. Scriptores cla-
ruerunt Victorin⁹ & Pamphil⁹ Cæſariensis,
artificē Bibliothecæ max. sentio. Hic Cai⁹
facros Ordines suis distinxit gradib⁹: & qā
regnū cælorū exauxit, è cryptis ad lanienā
tractus, animam creatori reddit.

Marcellinus Rom.

30

Hic pontifex perfecutione post Nero-
nem decima, videlicet Diocletiani & Maxi-
miani,

B 2 miani,

miani, cum p̄fuisset Ecclesiæ 9. annis, fortissime pugnans vicit, accepta laurea Martyrij. Vir erat fugiens primum, sed denud pugnauit, anteā ceruus, postremū leo. Legat Eusebiana historia de tor deq; tam in usitatis ac acerbissimis sanctorum mortib;. Iстis seculis sanctissimi fratres nostri, non scribenda modò, sed prædicanda etiam, & in publicis Christianorum cœtibus decantanda fecerunt. Ab horum communione quis sanus separabitur?

31

Marcellus, Rom.

Pastor pacens Ecclesiam prudentia & scientia, secundū cor Dei, vt cum propheta loquar, plenus bonis operib;, maestato re Maxentio, spiritum seruatori suo tradit. Quibus temporibus passus item est Mauritius cum Thebana legione, non schismati cae, sed Religionis Catholicæ gratia. Præterea Cosmas & Damianus, alijq; complures sanctissimorum Christianorum.

32

Eusebius, Græcus.

Piissimus Eusebius piissimè p̄fuit Ecclesiæ Catholicæ, Doctor & idem pater Christianorū. Qua etate crux Christi Hierosolymis reperta est. Et floruit Eusebius historicus Ecclesiasticus.

&

& Laft. Firmia, Arnobij Theologii auditor. Melciades, Apher.

33

Quo tēpore Constantinus Imp. Magn⁹ tyranos duos Maxentiū illū & Liciniū bello superās, Ch̄rō Iesu dño nostro triūphū reportat, viāq; parat Euāgelice Religioni, quo in ministerio vſq; ad effusionē sanguinis sui processit. Eodem æuo corpora sua Christo spoſo immolārunt Dorothea & Sophronia virgines. Insuper Petrus Alexanderinus preſul, & Lucianus Antiochenus ſacerdos, vii sacrifici Scripturę peritissimi. Statuta Pontificum oīm omnia nō recenſeo.

Syluester Rom. Pontifex XXXIII.

34

Quo tēpore primū quieuit tartare⁹ dra eo ab affligendis Ch̄rianorū ecclesijs: tāti nimirū refert, Ch̄rō iuratū Imperatorem dominio potiri. Reddita igitur pace, Syluester, qui ob metū in Soracte mōte latitārat, Romā rediijt. huic se Cōstātin⁹ Mag. à Deo trāctus, totū addicit, sancto videlicet Pontifici sanctus Cæsar. Nec veri diſsimile fuerit, donationē aliquam Conſtātin⁹ omīno extitisse: vniuersam illā, q̄ cōfutata circum fertur, nullus defendero. Mirū dictu, quanta vis preciosæ ſupellec̄tilis, ab hoc Cæſa-

B 3 re,

re, ministerijs ecclesiasticis donata sit. In di-
tandis Basilikis sacris ipsum penè Salomo-
nē superauit hic Cesar. Primus ædificator tā
Petrini quām Paulini Romę tēpli. in Bapti-
sterio cōstrūedo scipsum superauit. Quid
potuit regaliē extrui? Quātas hic Cesar opes
cōtulit in publica Christianismi ornamēta?
Huius ætate vixit Antonius nobilissimus
eremita, cuius vitam descriptis Athanasius
Alex. magnatū Ecclesię messis ēsse cœpit,
prædicante verbum Dei Frumentio, Edi-
sio, ac alijs euangelizantibus.

³⁵ Marcus, Rom.

Eiusdem Constantini Mag. florentissi-
mo tépore rexit Ecclesiā Dci pótifex Mar-
c⁹, institutor in sacro canédi Symboli, tam
à populo quām à clero, sed ad formam
adeoq; normā Niceni Concilij: quod æuo
illo celebratū fuerat. ædificauit Marc⁹ tem-
platā spiritualia, quām materialia. Vixit id
téporis Iuuēcus Hispa. Poeta Theologic⁹.

³⁶ Iulius I. Romanus.

Temporibus Imp. Constantij, Constan-
tini Mag. filij, qui Constatiū (siquidē ipse
Arianista fuit) cogebat Catholicos Arij do-
gmata, tanquam Euāgelij oracula recipi-
re,

re, quemadmodū hodie quoq; fit, adigen-
tibus nos ad sua Luteristis, quoties Princi-
pem Luteristā adepti sunt. Sed Iulius pótif.
non cessit dogmati, malēs vrbe cedere, ad
quam tamen exul redijt. Seueriora de fide
certamina Iulio cum hæreticis fuere, q; tem
poribus illis, fauente principe, dominaban-
tur sicut hodie Luteristæ. Hinc Athanasio
athletę pugnaciss. cum crebris disputatio-
nibus crebrę crucis acciderūt, sed victori.
Circa eadē tépora multi doctiss. in Theo-
logia viri ac scriptores extiterunt. Hic Pa-
pa cœmteria fieri fecit, non armaria, diuer-
sus ab illo Iulio, quem ætas nostra secun-
dum vidit.

Liberius, Romanus.

Triennali exilio mulcta⁹ ob impugna-
tum Arianismon, ynā cū oībus qui malue-
runt Athanasio, quām Ario credere. Sed fe-
runt lapsum in seatas Liberium, fatagente
Constantio heretico principe, & tot vbiq;
doctis viris emergentibus, qui omnes Aria-
næ causæ patrocinabantur. De Iulio & Li-
berio legatur Eusebius.

Felix II. Romanus.

Arianizāte adhuc Constatiū principe,

B 4 cui

cui illud tantum videbatur Euangelion esse, quod Arianistæ soli docerent. Felix Liberio melior Pontifex, heresi, qua vi potuit, obstatit, Orthodoxæ fidei propugnator felicissimus. Pugnans autem gladio verbi diuini cōtra heresēs, per seditionē heretico rum cum alijs Catholicis interficitur.

39 Damasus, Hispanus.

Turbulenta tépestas ob varietates & ty-
rannides armatarum hæreséon: & si bonus ille Iouinianus Imp. regnaret. Damasus fal-
so accusatus, iustè absoluitur, pena talio-
nis in eos reiecta, qui innocentem accusa-
rant. Papa doctissim⁹ Damasus multa versi
prosaq; oratiōe scripsit, multa Ch̄o Deo
templo struxit. Sub hoc vixit S. Hierony-
mus Stridonensis, alijq;.

40 Syriacus, Rom. Pontif. XL.

Tépore Valéntiani opt. Imp. & Ecclesia
rū restauratoris, quāuis eodē tépore īsanijt
circa Arianismū Valēs Valéntiani frater,
quō volēte, multi Catholicī ppter ortho-
doxię cōstātiā, à schismaticis occisi sunt,
nō possessiōe tm̄ pulsi atq; priuati. Accel-
lit Gothica calamitas. Maior tñ erat fero-
cia superattendentum Lucij & Vrsacij &c.

Eodem

Eodem tempore floruit Hilarius pius pre-
fus & bonus scriptor. Infsp Didymus Ale-
xandrinus & Optatus Apher, & Aquilus
Hispanus, & Gregorius Bēticus, alijq; Theologię rectioris doctores.

Anastasius, Rom.

Pontifex Christo ac sacris deditus, tem-
poribus Gratiani & Theodosij Imper. Ca-
tholicorum, quorum opera Ariana peccatis
deferbuit. Quam ad rem studia sua contul-
erunt eruditissimi Theologi, sancti q; scrip-
tores, S. Ambrosius Mediolanensis, Gre-
gorius Nazarenus, Basilius Magnus, Ephrē
Syrus, Epiphanius Cyprus &c.

Innocentius I. Albanus.

Sub Theodosio Imperatore optimo, Pon-
tifex optimus. Hic, vt alij præcessores, Ec-
clesiasticam religionem & donis spiritali-
bus iuuit, & carnalibus. Id temporis floru-
it Ioannes Chrysostomus, de quo pudenda
fabula circunfertur. O damnados im-
postores, qui in ludibrium sancti viri tam
absurda confinxerunt. In hos aliās. Vixit
eadem ætate Cyrillus Hierosoly. Episco-
pus & Theologus, doctor & scriptor &c.

Zosimus, Græcus.

B 5

Re- 43

Regnabutib[us] Arcadio & Honorio Im-
Anno Do peratoribus. Alter enī oriēti, alter occiden-
mini 412. ti p[re]fuit, vterq[ue]; catholicus, ni fallor. Go-
thi ea tépestate Ch[ri]stianis populis multa in-
tulére mala. Zofimi bona mens in proue-
hendis sacris declaratur. C[er]emoniae per
sanctos hos pontifices addite, reijci non
merentur: abusus harum, si accessit, resecre-
tur. Floruit tum sanctus Augustinus Hip-
ponensis, Theophilus Alexandrinus, Dio-
dorus Tarvensis, Tiberianus, Euagrius, Pri-
masius, & ceteri Theologi, quorum tam
viva voce, quam mutis chartis, res Christi-
ana maiorem in modum ampliata fuit.

44

Bonifacius I.Ro.

Beneficit Ecclesia Bonifacius, quod
nomen mihi illius Bonifacij Britanni gra-
tia, auditu iucundissimum est, quem Ger-
mani & apostolum accepimus, & marty-
rem factum percepimus. Eodem tempore
Bonifacij nimurum Rom. Episcopi cecu-
mici, vixit Gelasius Palætinus, Dexter,
Amphilochius, Sophronius, Lucianus,
Abundius, Ioannes Cassianus, Eutropius
Augustini sectator, & Heros beati Marti-
ni discipulus &c. omnes Theologizatōres

do-
tores

dores ac Ecclesia scriptores.

Cælestinus, Campanus.

Quibus temporibus Ecclesia catholica
Vandalorum ac Hunorū impietate & cru-
delitate nimioperè afflictata fuit, præter-
quam quod conuulsa fuit intestinis hære-
fibus. Hic autem cælo dignus Cælestinus,
rem diuinam multis modis exornauit, or-
dinando, instituendo, dando. Magna pars
Occidentis eo seculo, Christo sociata, &
ad vitæ spem apposita est. Cyrillus Ale-
xandrinus adfuit pontifici huic, aduersum
hæreses decertando.

Sixtus III. Ro.

Sub Theodosio iuniore, furentibus Bar-
baris, hinc Hunis, illinc Vandalis. Sixtus Baf-
fo inimico (a quo mala multa ptulerat) ho-
norem exhibet inter tumulatum, religio-
fus admodum papa, donator & dictator Ec-
clesiarum. Si verò in ipsa exteriora templia
adeò liberales fuerunt, quanto putas fuisse
liberaliores in pauperes fratres, hoc est, vi-
ua Dei templia? Vixit eodem tempore Eu-
cherius Lugdunensis Episcopus & scrip-
tor, Eusebius Cremonensis, & id genus
plures Theologi.

Leo

Leo I. Tuscus.

47 Vir sanctissimus, nedum doctissimus,
 Quo in Petri sede sedēte, Vandali Italianam,
 adeoq; Romanam ipsam depopulati atq; de-
 prēdati sunt, frustrā deprecante mitissimo
 Leone. Sed iacturam sacrarum rerum resar-
 fit Leonis liberalitas. Ad sacra enim cōuer-
 tit, quicquid habuit. Eodem tempore, vi-
 delicit Imperio Martiani, vocatū fuit Con-
 cilium Chalcedonense contra sectas per-
 ditionis. Scriptit tum Prosper Aquitanus
 Theologus, & Paulinus Nolanus Episcop⁹.
 Præterea Mamertus Vienensis Episcopus,
 q; nobis Litanias publicas piē reliquit. Hic
 Leo, quauis ouicula māsuetior, scriptor Ec-
 clesiasticus fuit, non papa tantum cœume-
 nicus,

Hilarius, Sardus.

48 Imperāte Leone Græco Imp. pótifex
 bonum egit, trium Synodorum confirma-
 tor, nempe Nicenæ, Ephesinæ & Chalcede-
 nensis. Duas idem Bibliothecas instruxit,
 templa ornando ditauit, populum docuit,
 eleemosynas hilariter dispersit, nomine
 req; Hilarius. Sub hoc Gennadius Episco-
 pus, scriptor, & Victorinus Aquitanus &c.,

Simpli-

Simplicius, Tiburtinus.

49

Sub Leone secundo & Zenone Impera-
 toribus, cùm sequireret contra Italianam Odoa-
 cer, rei Ecclesiastica simpliciter recteque
 prefuit Simplicius, religionem nostrā insi-
 tutis exornans, & donis adaugens. scripsere
 Simplicio, tanquam vniuersali Episcopo,
 Acacius & Timotheus Episcopi Constan-
 tinopolitan. His temporibus vixit Theodo-
 rorus Syrus historiographus Ecclesiæ.

Felix III. Rom.

50

Regnante Odoacre in Italia, & Zenone
 apud Constantinopolin, vir iustus, & au-
 thoritate Romanæ sedis in dogmatistis &
 Simonistis aliquot audacter vtens. Floruit
 hui⁹ tempore Ioā. Damascenus Theologicus
 scriptor, & Theodorus Græcus presbyter.

Gelasius, Apher.

51

Verè maximus Pontifex, & idē scriptor
 eloquissimus, tempore Theoderici Ve-
 ronenfis. Serua enim erat istis temporibus
 oī Italia. Hic papa plurimos libros Theo-
 logicos fecit, hymnos etiā cōposuit. Anasta-
 sum Imperat. q; faueret Græcis sectis, ex-
 communicauit. Basilicas dedicauit, paupe-
 res nutriuit &c.

Anasta-

52 Anastasius II. Ro.

Quo tēpore Thrasimundus Vādalus Ec
clesias catholicorum vbiq; afflixit, mittēs
no. episcopos exulatūn Sardinīā. Neq; enī
ea tempestate Arianismus desierat, prēser-
tim apud Oriētales. Vixit tum Fulgentius
Apher scriptor Theologic⁹, & Egesippus
doctissimus, secundus à priore illo &c.

53 Symmachus, Sardus.

In huius electiōne mouit vetus serpens
subītā discordiā, quæ ad cēdes vſq; p̄fres-
sa est. Atq; hīc prīmū exurgunt Antipa-
pt, quorū gratia periculosi, imō crūeti tu-
multus Romē cōcitati fuerūt, ad magnam
voluptatem diaboli. Conatus est diabolus
impedire, ne Symmachus pontifex tā pius
Ecclesiā regeret. Nam aliis præcessit, qui
plus diuitiarum in rem ecclesiasticā im-
penderet: admirandus adificator atq; do-
nator. Sed idem pauperū Christianorum
semper memor, cōstruxit illis habitacula,
& de viētū liberaliter prospexit. Idem exul-
antibus in Sardinia Episcopis pecunias
vestesq; misit. Idem captiuos magnis pre-
cijs redemit &c. tandem cemiterium fie-
ri fecit. Floruit sub hoc Gennadius Ma-
filien-

filiensis Episcopus, qui de virtiis illustri-
bus scripsit &c.

Hormisda, Pontif. 54

Regnante Theoderico in Italia, & Iu-
stino in Græcia, & quo tempore Boethius
cū Symmacho senatore vrbis, à Theoderi-
co prīmū exilio, mox carcere, postremō
morte affecti sunt, ob suspicionem affe-
ctatæ libertatis, vt Platinae placet. Non-
dum ea ætate potuit Oriens à sectis quie-
scere. Clodoueus optimus Franciæ rex,
multa bona Ecclesiæ ostendit, ditat eam
Theodericus, etiam quantumvis Barba-
rus. Hormisda ingentia donat, sed quæ
rapaces posteritatis manus illectarent.
Sæpius lego libros hæreticorum, præser-
tim Manichæorum, concrematos. Iſdem
temporibus catholicorum turba de exilio
domum reuocata fuit.

Ioannes I. Tuscus.

Dignissimus omnium pontifex, pa-
tientia immerita mortis, sanctitatem su-
am testatus est. Hunc Theodericus odif-
fe, in carcerē recludere, vituperare cœpit,
quod Iustino Imperatori ob orthodoxæ
fidei

fidei puritatem addic^tior esset. In eo carcer perijt, idq; apud Rauennates. Mox interijt tyrrannus, Arianis fauens, apoplexia. Antea fieri fecerat Ioannes tria coemiteria: & donis tempila locupletarat.

⁵⁵ Felix IIII. Samius.

Sub Iustiniano Imperatore vixerunt id temporis S. Benedictus, S. Birgita Scotica. Praeterea Cassiodor^s è Senator Monach^s, & Arator Rom. hypodiaconus, scriptores satis illustres. Aiunt eodem tempore Priscianum Cæsariensem Grammaticē suam docuisse.

⁵⁷ Bonifacius II. Rom.

Reliquit suos quosdam Canones, & Iustinianus Imperator leges ciuiles concinnauit, homo iusti veriq; tenacissimus, idem scriptor eruditissimus, & adficator Constantinopolitanae Sophie p̄ijssimus. Huius tempore Maurus, & Placidus &c. Et Martinus quidam scriptis suis multos ab Ariana labe reuocatos, Ecclesiæ reddidit.

⁵⁸ Ioannes II. Rom.

Nihil eximum gesisse dicitur. Hoc pa-
pa existēte, Iustinianus Imp. Romā preci-
osissima ac magnificentissima dona, hono-
ran-

rādē beati Petri Basiliæ misit. Eisdem ad-
huc temporibus Imperatori illi bella cum
Gothis fuerunt.

Agapetus, Rom.

Authōritate Theodati Gothorum regis
creatus in Italia Papa, & Constantinopo-
lim ad Iustinianum missus, solicitatur de
approbanda Eutychiana heresi. Quod
curecūsaret facere, minē precibus addun-
tur, quos nos armatas preces appellamus.
Verum Agapetus masculo animo respon-
dit, se pro Iustiniano quāsito Diocletianū
inuenire. Ea libertate oris Cæsarem nō iri-
tauit, sed mitigauit, vt posthac esset catho-
licis equior. Deo dilectus Agapetus, eadē
legatione moritur, nōdum vnius anni pon-
tifax.

Syluerius, Campanus.

Eligitur hic quoq; Gothis per Italiam
regnātibus, sed Constantinopolitanis re-
clamantibus. Misso igitur in exilium Sylue-
rio, (vbi misere perijt) Vigilius electus est,
sic duo simul pontifices fuere Roma: al-
ter à Gothis, alter à Cæsarianis seu Græcis:
vterque autem male tractatur. Quo tem-
pore Maurus à S. Benedicto missus, Galli-
as Mona-

as Monastiken edocet.

61

Vigilius, Romanus.

Tempore quintæ Synodi apud Cōstan tinopolim habitæ, cū Belisarius dux, Go thorum victor, duo Xenodochia sua impē sa Romæ extruit. Porrò Vigilius Con stan tinopolim accersitus, compellatur de com probanda hæresi. Nam huus approbatiōis gratia electum esse, & præterea promississe, se approbaturum &c. Ille cùm respondis set, malis promissis standum non esse, gra uiissimè vapulat, & per ciuitatis vicos, inie cto in collum fune, tanquam maleficus, tra hitur. Nec min⁹ affirmat, se sententiam nō mutaturum. Et Cœsarem non Iustinianum, sed Diocletianum esse &c. Attamen post longa ludibria, Romam vt redeat, permit titur, reuocatis item domum exulibus ca tholicis.

62

Pelagius Rom.

Regnante Totila Gothorum rege, sed re gno huic eo tempore finem imposuit Nar fes belli dux, à Iustiniano cum exercitu in Italiam è Græcia missus. Atq; ita 72.anno, poste aquā Theodericus Gothorum rex primò Italiam ingressus est, Gothorum no

men

men cum regno interiit, vt Platina scribit. Apparet è gestis Pelagiū hunc virum pi um ac bonum fuisse, certè pressuris varijs tentatum.

Ioannes III.

63

Pontifices illius seculi barbaricarum na tionum tyrannide vehementer oppres si fuerunt. Vix fuerat Italia liberata Gothis, & ecce Longobardi, beluarum instar irru unt, Alboino rege. Heu quot & quanta flagella iusti Dei. Nostris temporibus Tur ca & secta, Gothorum atq; Longobardorū mensuram implent.

Benedictus I. Rom.

64

Imperante apud Orientales Tiberio se cundo, Cœsare omnium benignissimo. Ne mo vñquam largior in pauperes eleemo synarius hoc Tiberio Cœs. Eodem tempo re iuuit Ecclesiam græcam Ioánes Episco pus Constantinopol. legendō, disputan do, scribendō, monédo & docendo, vt in quic Platina. Benedictus dolore animi in ter tot vrbis Romanæ calamitates piè mori tur.

Pelagius II. Rom.

C 2

65

Impe-

Imperante Mauricio Cæſ. Tiberij gene-
ro, qui Longobardos ex Italia pulsurus, cū
exercitu suo ceditur. Qua victoria Longo-
bardi vrbes omnes suæ tyrannidi subiici-
unt. Hæc acta sunt, regnante Sigiberto
Francie rege. Illis tempestatibus vixerunt
Paulus patriarcha Aquileiensis, & Felix
Episcopus Taruisinus sancti viri. Præterea
inter scribentes Fortunatus, qui sancti Mar-
tini vitam descripsit, & Germanus Parisien-
sis, & Leander Toletanus &c. Hic Pelagi-
us domū paternam in Xenodochium ver-
tit, & ædificans Coemiterium, pestilenta
moritur.

66

Gregorius I. Rom.

Anno sa-
luti 619. tur. Tempore Mauricij Imperatoris sex-
agesimus sextus in serie Rom. Pontificum,
antea Monachus & scriptor p̄fissimus. Pe-
nè per traectus ad sedem Ro. misit Augusti-
num quendam in Angliam, ad Euangeli-
zandum Christum. Prosperè cessit, An-
gli receperunt verbum Dei, non sine fi-
gnis per Augustinum prædicatorem edi-
tis. Scripsit multa Gregorius, & cultum
diuinum melius ordinavit, componendo
Eccle-

Ecclesiasticas odas seu cantiones, more
sancti Ambrosij, præsertim quas græcè
Antiphonas dicimus. Atq; indè vocari so-
let Ecclesiastic⁹ catus, cant⁹ Gregorianus.
Vertit & domos aliquas Romæ diuitum in
Monaferia, quibus hospites continuò ex-
cipiebantur, & egeni vndique confluen-
tes, cibo potuque reficiebantur. Impera-
tor Mauricius, homo non optimus, vltimis
regni annis visus est inuidere Gregorio,
amore videlicet Ioannis sui Constantino-
politani, qui vocari ambiebat Episcopus
œcumenicus. Id cognominis Romanæ
sedis Episcopis vltro cōcesserimus, optan-
tes vt ijdem essent œconomici, quandoqui
dem Beatus Paulus exigit à ministris tali-
bus, vt sint œconomi mysteriorum Dei.
Perit tandem Mauricius obtruncatus à mi-
litibus, qui fuerant stipendijs suis de-
raudati, in Imperatorem copta
to Phocæ centurione. Prä-
fuit Gregorius an-
nis XIII.

C 3

Catalo

54 ROM. PONTIF.
CATALOGVS PON-
TIFICVM ROMA. POST
GREGOR. MAGNVM.

67

Sabinianus.

Successor quidem Gregorij, sed dispa-
ribus vestigijs. Nullius momenti vir,
Gregorij odio, institutus ut libri eius exu-
rerentur. Et eleemosynas à sancto Grego-
rio factas, dictabat amore famę popula-
ris ab ipso fuisse factas.

68

Bonifacius iij.

Tempore Phocæ Imp. à quo obtinuit,
vt Roma pro capite omnium Ecclesiarum
haberetur, & non Constantinopolis, et si
ibi habitarent Cæsares, qui tamē dicti sem-
per sunt *τεῦροι Ρωμαῖοι ἀυτοκράτορες* &c.
ab ipsis etiam græcis eo tempore scripti. Is
papa voluit, ut Electio Episcopi fieret à cle-
ro pariter & populo.

69

Bonifacius iiiij.

Eiusdem Phocæ tempore. Is Pantheon
in usum pietatis vertit. Sub hoc exercuit ty-
rannidem in nos tristis Cosdroa rex Persa-
rum, vīcto nimis Phoca. Ó diras Eccle-
sias calamitates. Phocas ob ignauiam in re-
pugnan-

EPITOME.

39

pugnando, ab Heraclio vita imperioqué
priuatus est.

Deus dedit.

70

Cæteris religiosior. Sub hoc restituit ré
Christianam Heraclius Imperator vīcto
Cosdroa, Perficos thesauros creptos piè
expendit. Sed lapsus est. Accepit vxorem,
filiam sororis sue, & reprehensus à Catho-
licis, ferè deficiisset ad hæreticos. Iudæis
erat iniquissimus, cogens eos ad fidem vel
expellens, quod idem fecit Sisebutus Go-
thorum rex.

Bonifacius v.

71

Sub hoc exortus est omnium impijss.
Mahumetes. Cauit, ne vi traheretur, qui ad
Ecclesiæ cōfugiisset. Seçtarij Luterani hoc
priuilegio pulchre gaudent. Nam illi licet
Ecclesiæ vastent, & leges pontificias rejici-
ant, tamen quoties homicidia committunt,
ad Ecclesiæ tanquam ad asylum Romuli
libenter configunt.

Honorius j.

72

Sub hoc inualuerunt primū Saraceni
& Arabes cōtra Christianos, quia Heracli
voluit cogere infideles ad fidē. Lapsus ad
Monothelitas Heracli, nisi Honori⁹ dissua-
fisset,

C 4

sisset. Bonus Papa, reformator videlicet clericorum & multorum templorum tam extuctor, quam reparator.

73

Seuerinus.

Confirmatus in Papam nomine Imperatoris Heraclij, per Isacium Italæ Hexachum. Eo tempore capta fuit Damascus à Saracenis, imperio crepta item Aegyptus. Et Persia subacta, Hormisda rege Persianum occiso. Heraclius veritus ne crucem Mahumetani raperent, transfluit de Hierosolymis Constantinopolim. Sisebutus Gothus ea tempestate Romanis Hispanias ademit. Sic decrevit Imperium. Hic Papa laudatur ab eleemosynis.

74

Iohannes III.

Dalmata, pius vir in redimendis captiuis. Eo tempore regnabat Rhotaris rex Longobardorum, sed Arianus. Voluit tamen in omnibus sui regni ciuitatibus duos praefisse Episcopos, alterum Arianum, alterum Catholicum. Huius temporibus sanctitate clauerunt Iodocus Britonum regis filius, sperto regno, eremita, Reginulpha Gallam trona, & Renaldus Traiectensis praeful.

75

Theodorus I.

Græcus

Græcus, filius Theodori episcopi Hierosolymitani, bonus pastor. Sub hoc moritur Heraclius, cum rexisset triginta annis. Successor filius Constantinus, haereticus, sed Martinæ nouercae & fratris Heracleonis veneno periret. Senatus Cōstantinopolitanus, cognito scelere, mulctant hunc naso praeciso, illam verò lingua. Fit Cæsar Constantini filius Constantius, *ein deufel wie der ander*, defensor haereses in Oriente, Cy-

Docti
Graci.

ro, Pyrrho, Sergio, & Paulo Petroque, regnantibus Monothelitis & Acephalis, sicut dictis, quod nesciretur author secat.

Martinus I.

76

Vehemens in sectas illas, excommunicat & deponit Paulum patriarcham Constantinopolitanum. Sed hoc non serens Cōstantius, iussit capi, adiutor se duci captum Martinum Cōstantinopolin usque. Illinc in exilium missus, miserè moritur. Habetur is pro martyre, quia pro Ecclesia passus, non sive tantum fidei gratia. Sicarius illum in ipsa liturgia occisus, duce Hexacho, oculis capitur. Eo tempore Rhodus occupatur à Saracenis.

Eugenius I.

C 5

Huius

77

Huius tempore fit patriarcha hæreticus Petrus loco Pauli depositi, Petri Paulo moderator quidē in hæresi, sed eiusdē tamen sectæ. Laudatus papa Eugenius à moribus. Nihil eximium.

78

Vitalianus.

Huius tempore baptizatus est rex Per-
sarum cum regina dicta Cesarea, & 40. mil-
libus militum. Tale verò regina procura-
uit prima Christiana, Imperatore adhuc
Constantio hæretico, qui tum Romanam pa-
cificè veniens, totam spoliauit, opinor, Lu-
teran⁹. Sed paulo pôst in Sicilia in thermis
libidinosus occidit à suis. Mezenti⁹ crea-
tur Imperator Constantij loco. Hic papa
cantum ordinavit in Ecclesia.

79

Adeodatus.

Optimus vir. Sub hoc occisus Mezenti-
us, q̄ procurasset antecessorē suū occidi.

80

Donus I.

Quo tempore Grimoaldus Longobar-
dorum rex, nouem diebus post phlebotomi-
am moritur, dum arcum tetederat. Medianam
incisam corruptit. Moritur eo-
dem tempore Dagobertus Frâcorum rex,
cui p̄ioni S. Dionysij, Mauriti⁹ & Martin⁹.

Agatho

Agatho.

81

Siculus, ex Monacho papa, vt multi alij.
Hic tristem neminem à se unquam dimi-
fit. Sub hoc celebrata fuit sexta Synodus,
idque Constantinopoli contra Monotheli-
tas, atque ita ex duabus Ecclesijs vna fa-
cta. Consensit enim patriarcha Constan-
tinopolitanus, pertinax manxit Antioche-
nus. Dicitur autem sexta Synodus, quia s.
præcesserant. Prima enim Niceæ contra
Arianos, secunda Constantinopoli contra
Macedonianos, negantes Deum esse spiri-
tum sanctum. Tertia Ephesi contra Nesto-
rianos. Quarta Chalcedonie contra Eu-
tychianos. Quinta Constantinopoli con-
tra negantes Theotocon Mariam. Sexta Sy-
nodus felicissima, quia assentum fuit Ro-
manis.

Leo ii.

82

Siculus, doctissimus in lingua, piissimus
in operibus, gemma sacerdotum. Compo-
suit psalmiadim, & Hymnos ad melio-
rem cōcentum rededit. Electiones episco-
porum valere noluit, nisi accederet con-
firmatio pontificis, sed sine redemptione
pallij. Ante Hexarchi confirmârunt. Pôst
consentiente Imperatore Cōstantino illo,

rata

ROM. PONTIF.

rata erat cleri & populi electio.

83 Benedictus II.

Vir laudatissimus ex omni parte. Huic & Leoni fauens Constantinus, proflus asserfuit Romanæ Ecclesiæ. **Solche schaffet** sexta Synodus. Vbiq; refert Platina de stru^cturis Ecclesiarum & donationibus per reges Longobardorum & alios &c. **Do/ men die geistliche gurer her.** O doctum papam.

84 Ioannes V.

Syrus, quo creato in papam, Constantinus Imperator moritur, Succedente filio Iustiniano secundo, Saraceni Aphricā redere coacti per Iustinianum &c. Vixit papam unum, sic multi vix unum.

85 Conon.

Mira viri laus, **Das fā mir ein rechter**
Pabst seyn. Platinę credendum, quia aliás pronus est ad carpenda Ro. vitia. Thrax erat, totus eleemosynarius & literatus. Habuit adhuc Italia Hexarchos, quibus crebra bella cum vicinis Longobardis. Vixit yndecim menses.

86 Sergius I.

Syrus, ob virtutem in Romanum clerum ascitus,

ascitus, post electus in pontificem p̄ijssimum. In huius electione facta est in populo diuisio & seditio. **Das therder densel.** Huius tempore adeoq; virtute, cœpere Saxoness fiduci semina percipere.

Ioannes VI.

Græcus natione, quo tempore Theophylactus Italia Hexarchus, Imperante Iustiniano.

Ioannes VII.

Vt alij, celebratur ædificandi, sacrandi, & ornandi templi ac cœmiterij gratia. Græcus idem.

Sisinnius, alibi Signius.

Syrus, vixit in pontificatu 20. diebus, ædificator eximius futurus. Quo tempore corpus sancti Benedicti ē monte Cassino furto sublatum, & in Gallia trâslatum est.

Constantinus.

Syrus, pauperum pater, Roma videlicet per triennium fame laborante. Dicebant, Eum papam cœlitus missum. Huius pedes venerationis gratia osculatus est Cæsar Iustinianus.

Gregorius II.

Romanus, omnium laudatissimus. O ve
re

rè præsulē pietate, eruditione, labore, ope-
re, omnium eloquentissimus fuisse dicitur.
Hic misit sanctum Bonifacium in Germaniam ad euangelizandum. Et ipse Grego-
rius multas Germanorum turbas Romam
venientes, suis manibus baptizauit. Quo
tempore Leo Cæsar insaniit contra imagi-
nes. Contra hunc Gregorius iste. Maxima
factio, alij Cesariani, alij pontificij, ubique
frages ob Iconas. Vixit in pontificatu se-
decim annos.

92

Gregorius iii.

Syrus, maiore penè laude quam superi-
or, piissimus, studiosissimus in sacris literis,
Græcè Latineq; doctus, prædictor verbi,
eleemosynarius, captiuorum redemptor
&c. parens & pastor populi. Is Leonem Im-
peratorem excommunicauit, q; imagines
destrueret, & ascivit in auxiliū contra Lon-
gobardos Carolum Martellum, id est, ma-
gnū Frâcie principē, **also Eame dixer auſſ;**
quia vicit aduersantia Ecclesię om̄ia, etiam
Saracenos.

93

Zacharias.

Græcus, mirè laudatus papa à nulla non
re. Vtinam extaret oratio quam habuit de
offi-

officio regis, coram rege Lögobardorum,
inter solēnia Missarum. Veritè Latino in
Græcum 4. libros Dialogorum sancti Gre-
gorij, propter Græcos suos. Bibliothecam
sancti Petri restituit. Oleum pro lampadi-
bus comparauit. Condonauit vestem alta-
ri beati Petri auro gemmisq; distinctam, in
qua depicta nativitas Iesu saluatoris. Platina
dicit, numerari hūc inter optimos pôti-
fices. Vixit decē annis, sic superior Grego-
rius. Item caput beati Gregorij collocauit
in eius Romæ basilica.

Stephanus ij.Ro.

Magna huius quoque laus. Inter alia ait:
Christianæ doctrinæ tā prædictor quam
scriptor. Huius tempore floruit Carolus
Magnus. Pipinus pater osculabatur Stepha-
ni huius pedes.

Paulus I.Ro.

Nemo mansuetior, nemo hilarior elec-
mosynarius, hostes benefaciendo vicit.
Noctu cum duabus aut tribus familiarib-
us oberrat per tecta ægrotantium paupe-
rū, verbis & donis solans. Itē carceres adi-
bat, & oppressos à caufidicis liberabat &c.

95

Alter san-
ctus Nico-
laus.

Corpus

Corpus Petronellæ filiæ sancti Petri, valde honorat. Fuit & huic res cum Iconomachis. O dissimilitudinē huius Pauli I & Pau-
lo II. Quanto ille melior, tanto hic deteri-
or. Paulus tertius dabit operam, vt primo
sit similius, quam secundo.

96

Stephanus iii.

Laudatus à pietate & doctrina. In Lita-
nijs nudipes incessit, cum toto clero. Vo-
catum Platina verū Petri successore &c.

97

Hadrianus i.Ro.

Pugnax contra Longobardos, magis ta-
men id Anathematis enī. Eo terrebāt ho-
stes suos papæ, & eas minas timuerunt ad-
uersarij. Ibi de bellis annorum 30. quę Ca-
rolus gesſit contra Saxones rebelles & ido-
lolatras. Carolo contra Vascones rebelles
pugnante, amisit Rolandum nepotem ex-
forore, virum fortissimum. Hadrianus in-
ſtituit, vt singulis diebus 100. pauperes in
atrio Lateranensi paſcerentur, in quo eti-
am loco pauperes diſcumbētes piēti viſe-
bantur. Huius tempore Synodo repreſſa
est heres Feliciana. Vide de Tibris vnde-
tione.

98

Leo iii.Ro.

Opti-

Optimus papa. Opera tale arguunt. Is-
Carolus Magnum coronauit & Cæfarem
fecit, vel inuitis Constantinopolitanis, po-
pulo Romano clamante: Carolo Augu-
ſto vita & victoria. Fecit Carolus filiū Lo-
douicum successorem Imperij. Ipſe anno-
rum 72. Aquisgrani moritur, Anno domi-
ni 815. Epitaphium eius: Magni Caroli re-
gis Christianissimi Romani Imperatoris
corpus hoc sepulchro conditum. Vide de
tribus mensis argenteis. Leo tertius inſti-
tuit Litanias trium dierum ante aſcenſionis.

Stephanus iii.Ro.

Bonus à bonis Hadriano & Leone inſi-
tutus &c. amicus Lodouici Imperatoris,
qui erat Caroli fili⁹. Orat pro inimicis ex-
ulibus restituendis. Sic Leo tertius orārat
pro Campulo, à quo fuerat verberatus, ne
Carolus ipsum capite truncaret, ceu ſedi-
tiosum.

Paschalis i.Ro.

Tempore Lodouici i.Imperatoris. adi-
ficator & ornator templorum ſupra omnes
alios.

Eugenius ij.

Deo deditus, & pater pauperū. Sub Lo-
douico.

Valentinus Ro.

Ex probioribus papa, ſedit quadra-
D ginta

99

100

101

102

103

ginta diebus tantum.

¹⁰³ Gregorius iiiij.Ro.

Mirè commendatus tot à virtutib^z, tem
pore Lodouici & Lotharij filij, Anno 830.
summa ibi laus Lodouici, vsqueadē Ec-
clesiastici. Optans Platina inquit: Utinam
nostris temporibus Lodouice viueres. Mo-
ritur Cæsar ille imperij sui anno 36. Gre-
gorius ille sedit sedecim annos.

¹⁰⁴ Sergius iiij.Ro.

Os porci vocatus anteā, **sevrossel**, sed
factus papa mutato nomine, Sergius appel-
latus fuit, homo probus & beneficis, cuius
tempore filij Lodouici de Imperij diuisi-
one vsque ad arma contendenterū &c.

¹⁰⁵ Leo iiiij.Ro.

Vir sanctus, nedum probus, precibus
abegit basilicum è templo Luciæ, & pre-
cibus victoriæ de Saracenis obtinuit, non
fine armis tñ. Pedes huius populus exoscu-
lat^r est more antiquo, inquit Platina. Adeò
construxit Romam, vt diceretur Leonina

N. vrbs. Et tribus portis insculpit tres pre-
cationes ad Deum pro Roma conseruan-
da. O germanam pietatem papæ.

¹⁰⁶ Ioannes Anglicus vijj. ex Moguntia.
Sexum

Sexum virilem mentita mulier, quam
summa eruditio ad id fastigij euexit. Athe-
nis cum amatore suo studuerat. Erat com-
pressa, & pariens occubuit. Vixit in sede 2.
annos.

Benedictus iiiij.Ro.

¹⁰⁷

Multa huius laus ob sancta opera, verè
Benedictus dictus. Oscula pedum multa
passus de more. O sanctam conuersatio-
nem viri.

Nicolaus I.Ro.

¹⁰⁸

Sanctissimæ vitæ, tempore Michaelis
Constantinopolitani. Eo tempore fuerūt
Bulgari ad fidem conuersi.

Hadrianus ij.Ro.

¹⁰⁹

Eleemosynarius homo, diligens in cu-
randis in religione Bulgari.

Ioannes IX.Ro.

¹¹⁰

Nihil de ipso, omnia de Imperatore le-
go. Martinus ij.

¹¹¹

Tempore Caroli tertii Imperatoris, &
in oriente Basilij filijs regnantibus, malis
artibus pontificati est adeptus, nihil agens
memoria dignum, anno vno & mense vno
præsedit.

D 2 Hadria-

- 112 113 Hadrianus III. & Stephanus V. nihil
Indi memorabile gesserunt.
gni 114 Nec est dignus sede Formosus. Item Bo
pon- 115 nifacius sextus moritur die 26. p̄tificatus.
tifi-
ca-
tu. 116 Stephanus VI. odio Formosi, corp⁹ eius
terra erutum, pontificali habitu spoliauit,
& duos ei digitos q̄bus consecrārat, ampu-
117 tavit &c. Talis Romanus, vnius mensis pa-
118 pa. Talis & Theodorus viginti dierum pa-
pa, nullius omnes precij.
119 Talis Ioannes decimus.
120 Talis Benedictus quartus. Item Leo V.
122 Christophorus item, hic in monasterium
123 tanquam in exilium relegatur. Item Sergi-
us tertius, qui idem in cadauer Formosi fe-
uij. De his om̄ibus ait Platina: Vide quant-
um à maioribus suis isti degenerarint. Ta-
lis Anastasius tertius. Talis Landus. Talis
126 Ioannes undecimus bellator & triumpha-
tor de Saracenis maximus. Sed tandem in
127 vinculis necatus. Talis Leo sextus. Hec an-
no 900. Talis Stephanus septimus, Ioan-
nes duodecimus, Leo septimus, Stephanus
octauus. Nihil memorabile.

132 Martinus iii.
Omissis bellis præcessorū, religioni stu-
duit.

- duit. Agapetus ij. 133
Non malus papa, sed malo tempore,
Martis videlicet in Europa tota.
Ioannes XIII. Ro. 134
Omnium pessimus papa, omnib⁹ quip-
pe vitijs contaminatus, tempore Othonis
victoriosissimi. Platina vocat papam hunc
monstrum hominis, &c.

137 Ioannes XIII.

- Bellator captus, exultatum mittitur, **Dō**
isti nichis guta, sic de Leone octauo, Be- 136
nedicto quinto, sic de Benedicto sexto, qui 135
idem martyr scilicet qualis Ioannes xiiij. A
Romanis ciuib⁹ enim capt⁹, in carcereq;
strangulatus est, Othonē nihil curante. Sic 139
de Dono secundo. Talis si nihil boni, eti-
am nihil sceleris fecit. Sic de Bonifacio se- 140
ptimo. Cuius scelera superant aliorum cri-
mina. O reuera malefacium. Basiliacum Pe-
tri compilans, aufugit, & seditione post in
Romanos mouit. Cuius exemplū imitatus
est Hartmannus Abbas Phuldensis, ad me-
moriā sui nominis egregiam. Præfuit
mensibus septem. Obleruaui, pessimos
istos breui semper tempore vixisse. **Domus**

141 Benedictus septimus neque bene neq;

D 3 male

malè, tempore Othonis Romæ mortui,
post tot bella.

142

Ioannes XV.

Non bonus, atque ideo captus, in car-
cere mortuus, putant iugulatum &c.

143

Ioannes XVI. Ro.

Palam malus. ob id à clero exosus, omnia
enim rapiens, cognatis & nepotibus suis
lkiebatur auarissimus homo. Præfuit 8.
mensibus.

144

Ioannes XVII. Ro.

Commendatur ab eruditione, scriptor
videlicet, quo tempore Crescentius Ro-
manus Patricius tyrannidem Roma ex-
N. eruit. Sed tandem oscularum Crescenti-
us cum seditiosis suis pedes Ioannis ob pa-
cem expetitam. Præfuit decem annis.

Gregorius V. Saxo.

145

De genere Othonum, ante Bruno di-
ctus. Is constituit primus de electione Imperi-
j Romani per septem Electores, vir-
tutis præstantioris studio. Anno millesimo
& secundo Otho approbavit eam sancti-
onem de eligendo Imperatore.

146

Ioannes XVIII.

Cum

Cum seditioso Crescentio pœnas de-
dit criminum suorum, vltore Othoni.

Syluester II. Gallus.

147

Malis artibus pontificatum adeptus.
Tradiderat enim se à diabolo, si faceret vt
fieri possit papa. Oscleratum virum. At-
tamen per penitentiam meruit, vt cada-
uer eius in Ecclesia Lateranensi sepelire-
tur.

Ioannes XIX. & Ioannes XX.

148

Nihil scitur dignum fecerunt. Prior pre-
fuit viginti diebus, alter annos quatuor.

Sergius III.

149

Hic demum laudatur à tot virtuti-
bus, tempore Tancredi Normandie du-
cis.

Benedictus VIII.

150

Tempore Henrici Imperatoris & Cu-
negundæ sanctissimæ coniugum. Nihil
laudis in papa, imò mortuus in nigro equo
visitur circa locum defossi thesauri, ele-
emosynis destinati. Hunc iubet dari pau-
peribus.

Ioannes XXI.

151

Tempore Cunradi Imperatoris Suevi.

D 4

Nihil

56 ROME PONTIF.

Nihil neque boni neque maligessit, si modo creditur historicis.

¹⁵³ Benedictus IX.

Ob mala facta fede pulsus. Mortuus horrenda imagine apparuit cuidam, iudicio Dei damnatus, dixerat: Sine lege vixi, ideo talis appareo &c.

¹⁵⁴ Sylvestris iiij.

Is per posticum, non per ostium, intravit, ut fur ac latro. Sic enim loquitur Platina. Largitione fuerat adeptus pontificatum, nondum mortuo precessore.

¹⁵⁵ Gregorius VI.

Alij laudat, alijs secūs, sed miraculo corporis eius tumulati probatur; non fuisse hominem malum. Vide mira apud Platinanum.

¹⁵⁶ Clemens ij.

Germanus ex Episcopo Bambergensi. Sed à Romanis veneno sublatus, mēse pontificatus nono.

¹⁵⁷ Damasus ij.

Bauarus, sed malus. Vi enim sedem inuaserat. Moritur irato Deo die pontificatus vicesimotertio.

¹⁵⁸ Leo IX.

Ger-

EPITOME.

57

Germanus, non malus. Creat Hildebrā Anno dum diaconum Cardinalem. Totus Ele-^{1049.} emosynarius; vsq; ad miraculum appartētis Christi in specie leprosi. Fores eius pauperibus semper patuerunt. Damnator Berengarij sacramentarij.

Victor II.

¹⁵⁹

Germanus, Henrici Imp. iussu creatus Papa. Is Synodo Florētina Episcopos quosdam ob Simoniam & fornicationem Episcopatu priuat, vir non malus.

Stephanus IX. Lotharingus.

¹⁶⁰

Arguit Henricum Imp. Tert. cō pontificum autoritatem minuerat, halb Late
rischer Keyser. Præfuit 7. mensibus.

Benedictus X. Campanus.

¹⁶¹

Non pessimus, pulsus ab Hildebrando, eo licet melior homo. Præfuit menses 9. Tempore Mathildis nobiliss. Comitissæ.

Nicolaus II. Allobrogus.

¹⁶²

Decretum fecit contra Papas per largitionem creatos. Et hic compulit Berengarium ad palinodiam, quæ tota eius laus est. Malos papas vocat Platina non Apostolicos, sed Apostaticos.

Alexander ij. Mediolanensis.

¹⁶³

D 5 Non

Anno 1072. Nō malus. Habuit hostes primates quos
dam, sed intercessione Imp. Henrici, quod
illi in se peccarānt, condonat: vix doctrina
non vulgari prædictus.

164 Gregorius vij.

L Hetruscus, idem Hildebrandus. Laudatur,
Hic anathematizauit & imperium abro-
gauit Henrico Imperatori / **Sole nicht
mehr Keyser sein.** Sed Romam exercitu
angustias Cæsar, multa mala Papæ intulit
auff Interisch. Voluit intrudere vi Cle-
mentem quædam in sedem, qui Clemens
165 Antipapa dicitur, erat is suæ factioñis.

Victor iij.

Ex Abbe moti Cassini, id est, Bñdicati-
norū, veneno dato periret, aiunt procuratio-
ne Henrici Imperatoris.

166 Vrbanus ij.

Doctus piusque, scriptis contra dogma-
ta hæreticorū, ab Henrico Imp. & Antipa-
pa Clemēte, alias Giberto, odio habitus &
afflictus. Cōfirmator ordinis Cisterciensis.

Paschalis ij.

167 Quo anno Gotefridus Hierosolymas re-
cepit. Nihil vbique egregium, cæteroquin
Platina sciens non dissimulasset. Quanvis
enim

enim quæstionibus immanissimis subie-
ctus Romæ Platina, tamen Papam, si malus
est, laudare nequit, dignior ipse Papatu,
quam carcere.

Gelasius ij.

Opt. homo, sed iniuisus Henrico Imp.
qui creat Antipapam Mauritium &c. furēs
Cesar Italianam vastat. Eo tempore incepere
Templarij, pro Palæstina decertant.

168 Calistus ij.

Laudatur hic quoq;. Omnes eo tempo-
re Papæ bellarunt pro Hierosolymis fer-
nandis aduersum Saracenos. Hic prelio vi-
cit Antipapam Mauritium, sed donatum
vita, monasterio inclusit.

Honorius ij.

Nec is malus. Sub hoc occiditur Arnul-
phus concionator Romæ, quod insectare
tur vitia.

169 Innocentius ij.

Passus multa ab Antipapis sub Lo-
thario. **Welch bëßwichter waren die
Antipapæ?** Superbissima gloria man-
cipia, sacrilegi seu raptore sacrae supel-
lectilis, seditioni, Sanguinarij &c. Sed
istorum Tyrannides non diu durarunt.
Lute-

Lutherus adeò amat se Antipapam vulgo dici, ut ipse se vocet Antipapam, presertim in picturis illis suis, quibus omnis ètas nihil fecidit, nihil pestilentius, nihil deniq; minus Euagelicum vñquam vidit.

Cælestinus ij.

172 Vna re felix, quod nullis seditionibus vexatus fuit, præfuit 5. mensibus. Quo tempore Hierosolyma iterum capta est à Saracenis.

Lucius ij.

Bellator contra Saracenos pro Hierosolymis, præfuit mensis vndecim.

Eugenius iii. Pisanus.

Omnia conatur pro debellandis Saracenis, tempore Balduinorū, Ferrea ob bellum tale tempora.

Anastasius iiii.

Amator pauperum. Præfuit I. anno.

Hadrianus iiii. Anglus.

Aedificator non contemnendus. Is ante pontificatum prædictando Noruegiam ad fidem conuerterat.

Alexander iiii.

Anno 1165. Multa passus à Friderico Imp. qui præterea erexit contra ipsum, Octavianū Antipapā:

tipapam. vnde excommunicatur Fridericus, post bello furens contra Italiam. Tandem reconciliatus Fridericus, pedes Alexandri osculatur, Tempore Emanuelis Imp. Constatinopol. Optimè præfuit 21. annis, quatuor Antipapis è medio sublati.

Lucius iij.

Huius temporibus bella terre sancte in ualefcabant.

Urbanus iij.

Nil nisi bella Hierosolymitana. hic cederet nostri, Heu calamites infandas.

Gregorius viii.

Totus in bellis cōtra hostes crucis Christi, vt reciperetur Hierosolymitana.

Clemens iiij.

Bella horrida bella pro recuperanda terra sancta, Papis hortatibus omnes principes &c. In his bellis **heren die Templerij das bestē**. Sub hoc Papa perit in Armenia Fridericus Imp. Is Papa correxit mores cleri, præfuit 3. annis.

Cælestinus iij.

Occupatus & is bellis Palæstinis, sed feliçius. Homo Ecclesiæ Rom. perutilis.

Innocentius iij.

Officio

Officio satisfacit. Est idem belli accentus in Saracenos. Quo tempore Dominicus & Franciscus vixere. Omnia bellis arserc.

184 Anno 1221. Quo tempore Damiata capta est à nostris in Asia, & perdita. Fridericus secundus anathemate notatus &c. verus pastor. Platinus teste.

185 Gregorius ix.
Exactor belli Asiatici diligentissimus contra Saracenos pro recuperanda Hierosolyma. Taxatur subinde Friderici secundi mens mala, vt hoīs perfidi, & intimi hostis Romanorū &c. Papa hic cōfirmat Franciscanos, & Elisabethā Hessiam canonizat. Huius tempore diuīsīt Fridericus Italiam in factiones, vt sciret q̄ suis partib⁹ fauerēt, & qui Pontificis. Cæsarianis præfuit Gibel, inde Gibelini, Pōtificijs vero Guelph, inde Guelphi, alteri alteros profligabant, diripiabant, trucidabat &c. ò impietas Friderici secudi, planè indigni noīe Cæsar. Fauisse Saracenis dicitur, spoliator Téplariorū &c. maxim⁹ psecutor Ecclesiast̄ corum. Mira verò huius Gregorij laus, vt veri pastoris.

Celestii-

Celestinus iiij. 186
Senex opt. Præfuit 18. dies.
Innocentius iiij. 187

Bene vexatus à Friderico, Tandem hunc deponit à Cæsariatu. Hinc ille om̄ia vastat incendio &c. Papa hic, vt alij, procurat bellum Asiaticum: scriptor idem Iuris. Sub hoc perit bestia Fridericus.

Alexander iiij. 188

Sub hoc feliciter fuit in Asia pugnatum, Deo gratia, & Guelphi, electi per Gibelinos, ad sua reuocati. Magna huius Papæ laus, pater pauperum. Idem editio abolevit libellum contra paupertatem, scriptū à Guilielmo de sancto Amore. Videſt fuisse contra mendicantes fratres. Idem Papa doctus & scriptor.

Vrbanus iiij. 189

Sub hoc maximē pugnē Guelphorū & Gibelinorum, hi prop̄ potētores illos affixerē. Sub eo Papa Thomas Aquinas &c.

Clemens iiij. 190

Plurima huius ab omni parte laudatio. Erat vates Cunradini seditiosi, quod vt vicit̄a effet ad cedem ducendus. Hoc Pontifice

tifice Guelphi reuixerunt; duce Carolo quodam &c. victore. Summè laudatus Papa. Lege de filiabus eius dotatis. Talem tamen secta Luteri bis terque damnat. Præfuit it, adeoq; profuit 3. annis.

191

Gregorius X.

Sapiens & integer. Eò retulit studia, vt vniretur Latina cum Græca Ecclesia, & vt fieret cōtinua expeditio in Saracenos &c.

192

Innocentius v.

Lauda sua dignus pontifex sex mēnsiū. Dominicānos peculiariter amplexus est, amator publica tranquillitatis.

Hadrianus v. Italus.

193

Quid faciat Papa quadraginta dierum?

Ioannes xxij.

194

Doctus doctos subleuauit munificētia. Periit ædificij noui ruina, cūm sedisset in Cathedra octo mēses, eruditior homo, quām prudentior.

195

Nicolaus iiij.

Religiosus Papa, & auctor publici in Ecclesia cultus, præterea strenuus ædificator. Rabulas forenses sanguine pauperum vitiantes, iure optimo ceu pestiferos abegit. Anno 1280.

Marti-

196.

Martinus iiiij. Gallus.

Vir integrissimus, sed Italicis bellis indigenè implicitus, semper tamen pacis expētēns. Sub hoc insanuerunt Vrsina & Hanibalica factio.

Honoriūs iiiij. Ro.

197.

Aiunt probatae fuisse vitæ Papam, qui ve prouexerit Ptochomonachos. Laudatur in delectu Cardinalium, quos habere noluit, nisi paucos, ac eosdem non minus bonos quām doctos.

Nicolaus iiij.

198.

E monacho Papa, id quod infrequēns non erat. Quo tempore intefinis ac cruentis pugnis exarsere Gibelini & Guelphi in Italia, & Soldan⁹ in Asia Ch̄riānos crudeliter oppressit. Papa hic medi⁹, nō factiosus.

Cælestinus v.

199.

Melior Eremi cultor, quām Ecclesie rector: homo talis, vt mereatur in albo Confessorum Christi numerari. Nihil enim nisi religiosus erat, & adeo probus, vt potuerit ipsa dici probitas. Ob eam probitatem videbatur non esse idoneus ad obeundum tantum Magistratum. Cum igitur præfuit sex mēsibus, vltro perfert abdicationē,

E vt

vt locus nimirum esset bestiæ maleficæ,
200 Bonifacius viii. alias Caietanus.
Numeris omnibꝫ absolutus Alastor. Ma-
lè tractauit Gibelinos, qui iſdem Colu-
mnēſes, item Albi, Econtra alij Nigri voca-
bantur. Hic impurus factiōis ſpiritus ne ho-
die quidem ferias agit. Porrò qualis vita
huius Bonifacij, talis interitus. Scribunt ca-
ptum perijſſe, qui Imperatoribus & regibꝫ
fuerat formidandus. Hic eſt cinerarius il-
le, qui ad Porchetum Episcopum dixit:
Mem̄to q̄ Gibelinus es, & cum Gibeliniſ
in cinere verteris: Cinere videlicet in ocul-
los ſparſo.

201 Benedictus xj. Italus.

Anno
2303. Tanto hic laudatior Papa. Absoluit iu-
ſte, quos præcelfor iniulfissimè ligarāt, &
pacem patriæ reuocat. Hierofolymis opitu-
laturus, ni temporis breuitate fuifset exclu-
ſus. Præfuit 8. mensibus. Aiunt sanctimoni-
am vitæ miraculis à morte declaratā fuiffe.

202 Clemens v.

Curia
apud Aue-
monem. Hac etate Pontificatus in Gallias trans-
latus eſt: Et Pótfice hoc Fraticelli & Tem-
plarij excisi ſunt, imperante Henrico Lu-
cenburgensi. Factioſes Italicae mirandis
ctumul-

tumultibus inter ſeſe fremuerunt. Guel-
phis Guido dux eſt, Gibelinis verò Ma-
pheus. Ab hoc Clemente Clementinæ
descendunt. Papa ſui ſimilis, id quod argu-
it carbunculus ſex millium aureorum. Vi-
de Baptiſt. Platinam.

Ioannes xxij.

Neminem iudico, ſed ipſa viræ aucta te-
ſtantur de mortalibus. An verò cum Euani-
gelio Christi congruant, quæ fecit, iuſſit,
decreuit Ioannes talis, res ipſa loquitur. Le-
ge Plat. Antipapa à Lodeuico Bauaro Imp.
iubilat, ſuo merito perit.

Benedictus xij.

Contra Lodeuicum Imp. forſan non fi-
ne cauſa censuras edit. Papa hic non ineru-
dit. Laudem tribuūt patrifamiliaſ in col-
ligendis theſauris. Laude eadem extollit
præcelfor Ioannes. digniora non lego, li-
bens alioqui annotaturus, quippe Guel-
ph, habitu respectu Friderici et Lodeuici
Gibelini.

Clemens vj.

Perpetua Italiz bella pontifices illis
temporibus adeo perturbarunt, vt vacan-
ti Ecclesiæ ſuꝫ nullum ferè tempus fuerit

E 2 illis

203

204

205

istis vacuum, Inuenio igitur temporalia & secularia, rarissimè quæ Christi Iesu sunt.

Innocentius vj.

206

Ex procuratore ac Iurisperito creatus Papa, bonus & economistus, & exactor disciplinæ. Quanti autem ubique per Italiam tumultus extitere? Et ne illo quidem tempore desierunt Asiatica bella, quibus semper deditiss. fuere Pontifices, zelo liberandæ Hierosolymæ.

Vrbanus v.

207

Curia omnium horum non Romæ, sed Auenionie in Gallia est, Papis ipsis Gallis existentibus. Nihil reperio de eo, quod vel magnopere laudari, vel vituperari queat.

Gregorius xi.

208

Anno

376.

Hic Papa valde probatur ab omni virtutis genere. Et prim⁹ Auenionensi curia resticta, Romam redit, Romanus nimirum, non Gallicus Episcopus. Migratio autem Ro. Curie in Gallias, durarāt 70 annis. Magna letitia bonus pater Romæ excipitur, ibi mores reformat &c.

209

Vrbanus vj.

Nunc tandem sapiunt Romani, postulantes pastorem optimum, præsentim ex Italiam,

Italis, non ex Gallis: per hos enim correrat Romæ religio. Sed in Vrbano isto pro optimo reperiunt pessima. Õ tempora mortalia resque pessimos. Horrendum auditu, Italiæ tot tumultibus continuis fuisse concussum. Et eo adhuc tempore mutuis odiis & dibusq; inter se flagrârunt Guelphi & Gibelini, quam exitiosissimam factionem ducentos amplius annos viguisse tota Italia scribunt, sed hanc p̄ijssimus vir Bernardinus predicando, admonendo, atque castigando, magna ex parte restrinxit. Hic p̄stor Cardinales quinque sacerdos infusos, Neptuno sacrificat, odio Clementis Antipapæ. Testatur Baptista infelicitate eis pōtificatum Vrbanum, huiusque paucos deflesse mortem.

Bonifacius ix.

210

Mediocri laude pontifex. Passus est Antipapam à Gallis electum, & execrabilis Italie tumultus, quos satan inuexit Ro. sedis odio. Hic Annatas instituit, Et eodem aeuo vendebantur indulgentiae cum iniuria Ecclesiastiarum clauium. Sub hoc Chrysoloras è Byzantio in Latiū græcas literas attulit, quo doctore Italia græcari cepit. Pa-

Anno

1404.

E 3 pa

pa priuatis Affinium commodis plus equo
studuit.

211 Innocentius vii.

Iurisperitus, comis ac blandus. Contra
hunc quoque Antipapa Auenionensis, Pe-
trus Luna fuit, preterquam quod tot Itali-
corum procerum bellis affligebatur. Crea-
tor erat multorum Cardinalium, antecessor
exemplo. Annis 2. praeftuit. Eo mortuo, vehe-
metu inualuerit Italica bella. Maledicta sit
ista dominandi cupiditas. Accessit dissi-
dium Galliarum & Italie ob diuersos Papas.

Gregorius xii.

Pudet referre, quae & quata fuerint dis-
fidia Cardinalium in eligendis Papis: dum
alij hunc, alij illum prelignunt, idque corru-
pto affectu, non spiritu bono duce. Propter
haec & similia mala immisit Deus haereses
Ecclesiarum castigatrices.

213 Alexander v.

Optimus sanè Pontifex, et si Minorita,
idem adeò doctus, ut & docte docuerit &
scriperit. Magnus idem orator, ut ait Ba-
ptista, & magnus Prædictor. Totam ferè
substantiam in pauperes dispersit. Hinc
ioco solebat dicere, se fuisse diuitem Epis-
copum,

scopum, pauperem Cardinalē, mendicum
pontificem. Hinc decessurus, hortabatur
Cardinales ad concordiam, cum hac suprema
voce: Pacem meam relinquo vobis &c.

Ioannes xxvij. Neapolitanus.

Sub Imperat. Sigismundo. Quo tempo-
re nondum factio Italiz precipua refixe-
rat. Homo iuris ciuilis, quam Theologie
studiosior, quemadmodum Paparū multi.
Hic è Concilio Constatienſi, pugnus, capi-
tur, ac trienio in Bauaria satis duriter affer-
uatur, sub Teutonicis, non Italicis, custodi-
bus. Deinde pontificatu priuatum, unde cum duo
bus Antipapis, procurante Imp. Sigismun-
do. De hisce duobus Antipapis suprà.

Martinus v.

Constantiæ fuit electus in locu[m] damnati
Ioannis. Huic Cæsar Sigismundus pre[re] ingen-
ti gaudio pedes osculatur. Hic Papa miru[m]
in modum laudatur, tam à doctrina, quam
morum dexteritate. Inter partes Media ster
exitit Constantiæ, ut omnes ad concordiam
alliceret. Nulla huic in ore vox tritior,
quam iustitia. Vñ s[ecundu]s ad priuiciales suos
dixit: Diligite iustitiam, qui iudicatis terrā.
E Constatia Germanie per ambages Italie.

E 4 Romam

214

Anno
1417.

215

Roman venit, patria parens salutatus.
Sectis Bohemicis valde iniquus, siquidem
Germania Catholica per illos diuexata diu
fuit. Antipapa huius Aegidius, nihil profe
cit, & pudefacti sunt anticardinales. An
no etatis sue 63. apoplexia moritur. Praefu
it 14. annis vir desideratissimus.

Eugenius iiiij. Venetus.

²¹⁶ Inter mediocres habitus. Quo regnante,
Vrbinorum & Columnenium, id est, Papi
starum & Antipapistarum factio paucim
Italia grassata est, cumq; hoc malo, permul
ta mala alia operante satana Polemophili
lo, in quem Deus omnipotens increpat,
Amen. Exigitur autem Papa vrbe Romana
per Columnenses: indè enim fugit Monas
ticu cucchulo testus: sed postea seditiosi
grauiissimas penas Vitellocso duci dede
runt. Illo pontifice moritur Sigismundus
Imperator, & eligitur Albertus Aufrię.
Indictum Basileæ Concilium nolens vo
lens celebrat, & piè annititur, vt ex grāca
Latinaq; Ecclesiam vnam faciat. Tale verò
factū Ferrarię est, quod Eugenius Conci
liū trāstulerat, mox Floretiā ob pestem. In
terfuit Imp. grēcorū Iōā. Paleologus vnā cū
Patriar-

Patriarcha suo. Statim autem disputatione
inchoata, mouet satan nouos in Italia tu
multus, eoq; ventum est, vt antipapa Felix
crearetur, adh̄erentibus alijs Eugenio, alijs
Felici, alijs neutrales dicti. Roman venies,
audet publicitus: Viat Eugenius. Libera
lis in doctos viros & Gymnasia, bellator
idem & edificator, à vino abhorrés, Abste
mius dictus. Per equitatum Delphini Fran
cicum diremit Synodum Basileensem ex
emplo pessimo.

Nicolaus V.

²¹⁷ Modis omnibus integerissimus papa. Hic
operam dederat Theologicis studijs, ea de
re disputator insignis, in Litanij (quas cre
bras peregit) pedes ibat, homo religiosissi
mus. Nec aliud prius habuit, quam bellan
tes principes in concordiam redigere, vt
pote Martis summus osor. Hoc pontifice
regnauit Fridericus tertius, pius augustus,
cuius autoritate Antipapa Felix vilescit.
Hoc papa, capita & amissa nobis est Cōstan
tinopolis, totius orbis nostri lucu. Sum
ma huius beneficentia in literatos, praefer
tim eos qui è Grēco conuertere in Lat
inum authores calluerunt. Nam Grēca lite
tura

ratura huius papæ subsidio reuixit. Pauperum idem baculus fuit, nam & virgines in opes dotatas elocauit. Hostis aurarit, presertim finitione plus quam detestabilis &c. Pentametro isto claret papæ huius bonitas:

Aurea qui dederat secula Roma tibi.
Præfuit 8. annis. Anno dñi millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto.

Calistus III. Hispanus,

218 Plurimam laudem hic quoque meruit, maximè componendis principum Italorum contiouersijs, litibus, bellis: eam ad rem dexterum erat papa. Titulo docto-
ratus insignis, Iuris lectioni præfuit. Omnis conatus huius aduersus Turcam. Vouerat enim se illos Christi hostes finibus submoturum, Vrsinos & Columnenses sedauit. Ad Turcam redeo. Creberrimis Litanij putauit Calistus subueniendum nostris cum Turca ad Bellogradum dimicantibus: atque in hoc bene usus Vsumcas fano Perfarum rege &c. Orogenarius iam nihil de literarum studijs remisit. Vel enim ipse lectitabat bonos libros, vel lectitantes alios audiebat. Maximus eleemosynarius

rius

rius in omnes ex æquo pauperes, clo-
tor idem nubilum puellarum. Sedit bo-
nus pastor tribus tantum annis & nescio
quot mensibus.

Pius II. Italus.

219

Qui ante vocatus Aeneas Sylvius, in-
ter doctos papas longè doctissimus, scri-
ptorique diligentissimus. Ex paupere ado-
lescente vir tantus. In Basileenli Concilio
scriba Pontificis, mox ab Imperatore Fri-
derico tertio poeta coronatus, præterea
Legatus missus hic illucque, ad excitando
homines nostros aduersum Turcas,
postremò papa factus est, nec illi tum ma-
ior cura, quam de inferendo bello Tur-
cis. Alioquin omne tempus in literis con-
terebat, nisi quod rebus administrandis
impartire oportuit. Præfuit sex annis.

Paulus ij. Venetus.

220

Inter illos hunc annumerant, qui ne-
que de religione Christiana, neque de po-
litia bene meriti sunt. Et quia ab omni
bona doctrina fuit alienissimus, omnes bo-
nos doctosq; viros odij ac iniurijs perse-
cutus est, solitus hereticos appellare, quot
quot humaniorib' studijs Romæ vacabat,
dehor-

dehortans Romanorum filios à literis politioribus. Multos eruditos non possessio sua tñ priuauit, verum in carceres etiā coniectos tormentis acerbissimis subiecit, inter quos ipse fuit Baptista Platina, q̄ cau-saretur nescio quam conspirationem, sed falsò, Phalaris magis, quam Paulus. Pro se causam dicentibus respondere solebat, se ius fasq; gerere in scrinio sui pectoris &c. Idem ornatu Neroniano, seu sc̄mineo potius, magnopere delectatus, venum exposuit nihil non. Sub hoc floruit præstantissimus vir Bessarion Cardinalis Nicenus. Perijt apoplexia ex nimia ingurgitatione, anno prælatura sexto.

221

Sixtus III. Ligur.

Homo qui etatem in artibus ingenuis detruerat, scriptor idem, & adificator, maximè insignis ptochodochij. Alioqui in multis, quæ sua sunt, querere maluit, belator videlicet haud impiger: sed sub titulo defendendi atq; angendi patrimonij.

222

Innocentius VIII.

Vir secundum nomen suum innocens, nec indoctus, discretissimum certè prædicant, à bellis abhorruit, nisi ad quæ nolens adige-

Anno
1484.

adigebat, pacis semp diligitissimus suasor. Dicere solebat, esse quidem, si oportet, arma capienda, sed pacis recuperande, non gloria studio. Genitor erat filij filiaeque, quibus in re familiari affatim prospexit. Sub hoc sœuigt adhuc Vrisinorum & Columnensium rabiosa factio.

Alexander VI. Hispanus.

Theologus ac idem Philosopher. Hinc Meccenas studiosorum exitit. Nunquam ferè reperiri potuit, quin aut libros legeret, aut sacris operaretur. Illudque fategit, ut prícepes à bellis intestinis vel ad pacem reuocaret, vel ad resistendum Turcis inflammaret.

Pius iii.

Futurus aliquis in afferendo suo, si superuixisset, Ingenij laude clarus, sedecim dies præfuit.

Iulius II.

Anteà Julianus dictus, versutus, ac acer. Contra hunc forsitan non sine causa Pisana Synodo agebatur, idq; opera Maximiliani Imperatoris & Lodouici Frâcise regis. Marti quām Christo deditior, penitentiam tamen egisse dicitur.

Leo

226

Leo X.

A puero bonis literis imbutus, Angelo Politiano præceptore, vir mansueti animi, & Melpomenæ quam Marti addictior, id est amator doctorum hominum. Huius tempestate surrexit Martinus Luterus author suæ sectæ, quæ statim plures genuit, maxima rei publicæ iactura.

Hadrianus VI. Germanus.

227

Pædagogus Caroli Imperatoris augustinissimi, postea Cardinalis doctissimus, postrem pontifex optimus, & qui videri potuit diuinitus datus ad tollendam hærelin Germanię pariter & Ecclesiæ corruptelas. Huius ingenium Paulo Iouio eruditissimo Episcopo non probari, etiam atque etiam miror.

228

Clemens VII.

De hoc deque gestis huius memoriam hominum interroges licet. Sub hoc Lutetismus diluvij instar intuluit, tale permittente Deo, ut vel eo modo redeamus ad sobrietatem.

229

Paulus iii. Ro.

Vir summus, ex nobilissima Farnesiorum familia. Huius laus ab obitu haudquam

quam dissimulabitur, quantumlibet reclamantibus æmulis. Numerus omnium Romanorum pontificum,
228. in hoc Paulo est
FINIS.

Paulus Apostolus ad Episcopos,
Actorum 20.

Attendite vobis & cuncto gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit Episcopos, ad regendum Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.

Mense Ianuario, Anno Domini
M. D. XLIX.
adhuc superflite Paulo III.

